unus homo sumus, cuius hominis caput Christus est, regnans in celis. Nos ergo dum in terra vivimus, spinas et tribulos generamus, ut ait apls: Peregrinamur a deo qui nunc nondum apparet qd enim. Sicut igitur aptorum temporibus, sic nra conversatio esse debet. Nam de illis scriptura teste dicimus, quia inerat illis cor et anima una. Verum et Jesus non pro solis aplis, sed etiam pro omnibus fidelibus patrem supplicans oravit: Serva inquit, eos in nomine tuo, ut sint unum, sicut et nos unum sumus pater. Set quia hec notissima et firmiter intra archana tui pectoris resident, incassum ego ventosis flatibus inanes repleo auras. Commendo igitur dilectioni tuae hos fres, ut benigne eos suscipias, sicut dudum facere consuesti, fiducialiter credens qd in eis Dnm suscipis. Sic Abraham homines benigne suscipiens, postea Dnm agnovit; sic Loth hominibus ospitium exibens, a bustione Sodomorum meruit liberari. In tales quippe Dominus in ultimum iudicium ostendit se, atque eis cum magna exultatione dicet: Quamdiu fecistis uni ex his minimis, mihi fecistis. Set et hoc supplico angelum bonitatis tue, ut iubeas pro necessitatem corporis mei dirigere nobis causa tale, et tales sint, quales vre sanctitati condecet dirigere. Tibi quidem pro minimo est hec agere, sed michi accipere pro magnum munere est. Notum tue scitati esse non dubito, qd creator nr, quicquid pro nomine eius datum fuerit, promisit centies remunerare. Sic namque eundem dnm sacre littere pollicitum ee indicant, ut qui calicem aque frigide porrexerit, mercedem omnino non perdat. Quantum enim beatus est propria tribuere, tantum enim malignus est non dedisse. Non enim pro me haec ideo scribo, sed ut ceteris prout potueris facias, commonere volo. Nam ardenti diviti Abrahe ~~retribu~~ repromissiones improperatum non est qd aliena cuiquam rapuerit, sed quia de sua propria non dedit. Te ergo omnibus aptum esse convenit, eo qd nobiliores stirpe ortus sis, seu quia ut Timotheus ab infantia sacras litteras nosti, que te possunt instruere ad salutem que est in Chro J dno nro, quem tibi felix opto ut per tempora longa geras.

Viro nobiliss et oi sapientia sagacissimo nec non et oi honore dignus domnus tale gastaldio Deo gubernante ego tale in omnibus et per oia tuum amantissimum perquirens caritatis amorem videlicet hanc presumptive parvuncule paginellule vris nobilissimis conspectibus iteramus. Nam sicut nos omodo certissimus tuam bonitatem cunctis esse largitus, ita et in hoc fisus direxi nobilitati vre de causa tale. Unde et petimus, ut quatenus in te fides nra roborata est, ita et deposcimus, ut in nobis non minuetur, sed magis hac magis habundet. Nam et deinde vale in Domino per longa tempora, qui vobis prospera cuncta concedat.

Viro nobilissimo atque dilectissimo omnis honore dignus ill tal gast ego tale vr ut credo com. et in omnibus vri bonis vel prospera cupiens, dirigimus humillis gratiferasque salutes. Interea dirigimus nobilissimis vris conspectibus valde precandum per his humillimis exaratis sulcolis, et petimus, ut per hoc ipsos sulcolos sit mea petitio apud vos exaudita, ut que petierint, valeat mea precatio michi a te procella vel terra tale causa inter vestre nobilitatis culminis. Sic credo et firmiter teneo, ut non inanis da vos remaneam, set plena atque perfecta a vobis spes mea revertitur, ut quicquid a vobis ego vr minimus fuero imperatus, promptus insistam, memorans bonitati vre. valeat per multa annorum curricula letus

Nobilissimo et de supernis sedibus exaltato ille tale ego tale amabilis amicus et bene cupiens vestri.

Dilectioni Karitatique nam et dulcissime fraternitati vre dom ill tal in Dei karissimo amore amantissimoque fratri ego tale viribus cunctis meis te desiderans sospitem esse. Dirigimus iamdicte fraternitati vre dulces gratiferasque salutes. Interea fisus in tuum amantissimum karitatis effectum appredio per hanc paginulas descriptas humillimis verbis de causa tale, ut quatenus in tua fraternitate spes nra probatur esse non debilis, ita et valde rogamus et petimus, ut augeatur in nobis et habundet in Domino, et de omnia que in nobis estis